

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Blocius

De Vulp Scholastica. Epictet. I. 1. dissert. c. 3.

Rostochi[i]: Pedanus, 1616

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728267810>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn728267810/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn728267810/phys_0001)

DFG

Ad-1028¹⁻⁸



DE
V U L P E
SCHOLASTICA.

Epicet. l. 1. dissert. c. 3.

λύκοις ὅμοιος γνώμεθα ἀπίστοι κὶ
ἰδιώτεροι, κὶ θλαβέροι. οὐδὲ λέγοντες
ἄγριοι κὶ θηριώδεις, κὶ ἀνημέροι.
οἱ πλείστοι δὲ ἡμῶν ἀλάτεκεσ.



Rostochi
Operā Joachimi Pedani Acad. Typ.
ANNO
M. DC. XVI.



VIRO. JVVENI

Prestantissimo, politiorq; literatura dedi-
ciissimo, Dn.

HIERONYMO
BORCHOLT,

Lunæburgensi Patrio, amico meo
certissimo, carissimo.

Hæc Saturnalitia dona Vulpem papy-
rinam.

D. D. C.

Joh. Bloc. Soltq.

22

5



S.



Idetis quām petulans ille
vulgi sit error, & absente fere
Medestia natus: videtis pertinacem
in Reip. literariae cives ingratitudinem
quām impunē evibrent, quām iniquē
de nobis & nostris sentiant, cogitent, &
judicent: & pejus quidem quām de ci-
ceris ac nucis emptoribus: minus
quām de urceo in foribus; idem for-
tē quod nos ipsi de Scarabæis: aut si-
aliquis, parum supra triobolares & baiulos nos collocat. Adeo
inundata omnium est invidia, adeo in omnium malevolentiam
cecidimus! Ne exspectes autem, ut omnia conviciorum no-
mina, quibus nostri adspurguntur, cum aliorum prolubio &
titillatione denumerem. Hoc duntaxat vide & admirare, quid
insuper illi de hoc hominum & vitæ statu arbitrentur, qui ex eo-
dem orti sunt: ut postquam in elationis (ut putant) scientiæ se-
Etiam nomen dederunt, se supra vulgum sapere videri postulant.
Nam quid isti vulgare secum attraxerunt? Parum fortassis, nisi
quod nihilo moderatius solentes pueritiae duces velut è speculâ
quādam aspernentur; illos præ se contemnant, quotquot cum
humanioribus literis adeo se devinxerūt, ut' eis immoretur diu-
niusculè aut etiam immoriantur, qui sint optimè de orbe Christi-
ano merituri. Illi autem Scholasticæ vulpes nominantur, tumen-
teq; supercilio ex alto despiciuntur: quo merito, nondum augu-
tor; quā occasione, hoc miror, hoc rimor. Tu mecum evol-
vesis in utramq; partem. Initio quidem quām odiosum ani-
mal vulpes est, adeo ut olim etiam infortunatum iter sibi fere-
eventurum putarent, cum foetam vulpem obviam habuissent.
Alex. ab Alex. l. 5. gen. dier. 6. 13. An ita pertasi hodie sunt homi-
nes.

nes, ut prius quam cum viris ex eruditio orbe familiares fiant,
quidvis aliud rerum agant, omnibus copijs, opibus omnibus ex-
perturi, quomodo hos soles ē mundo tollant? An, si hodie
Equitia his terris concederentur, ut olim Romanis, in quo-
rum solennitate velut illi vulpes stipulis alligatas accensāflammā
ad cursitandum emittebant, in circa maximo singulis annis. 12.
Kal. Majas. Alex. ab Alex. l. 2. c. 19. sic hodierni Misomusi erudi-
tionis Mystas & orbis totius per literas rectores omnes & uni-
versos in quodam cīrcō, veluti gallinas, conclusos concremare
possint, cum immortalium admiratione etiam ipsi talium oso-
rum jubila visuri, audituri essemus? Certe de Veterotoriā
vulpium malitia & argutā nequitia pleni sunt multorum libri.
Nec enim aliter cum ipsis comparatum est, quam singularem
præferre astutiam, non aliter ac leonibus magnanimis, auda-
ciam. Quare eas fabulis ex multiplici calliditatis experientiā
introduxit Archilochus. Æsopus etiam primas contribuit:
non secus ac alij Davo in Comœdijs. Et quæ sunt subtileis
in illâ fraudium collectiones? Præter quam quod aure ad gla-
ciem appositâ conjectat gelu crassitudinem in aquis, quod de
Thracensibus vulpibus scribit Plin. l. 8. nat. hist. c. 28. cum omni-
bus avium generibus dissensionem habet, præsertim domesticis
alitibus infensa eas valdè perseguitur insidijs, adeò ut in univer-
sum gallos gallinaceos cum omni eorum certe nobis invideat.
Atq; ut illos decipiāt, mortuam se fingit, & exseriat lingua acce-
dentes proprius pullastros rapit, & devorat. Sim. Majol. dier. cani-
cul. c. 7. Quam ob rem & accuratissimus Ornithologus Myss. Al-
drovand. l. 14. Ornith. c. 1. vulpem unā nocte 40. & amplius pullos
simul cum matribus partim abstulisse, partim semiescos reliquisse
suo cum malo observasse queritur. Vulpem, aiunt, demissa
in aquas caudā cancros & pisces decipere. Olaus l. 18. rer. Aqui-
lenar. c. 31. Vulpem, aiunt, se simulare mortuam dum cornices
incautas, & lepores capiat, & in nervum rapiat. Vulpem, a-
iunt, etiam mortuam falsimonijs & imposturarum technis gau-
dere. Sæpe enim id usu venire vides, ut vulpes pro lepore
patinaria vel assa in convivio proponatur alicui, quem cetero-
quin

quā cassidū & satis nāsum esse omnes rebante. Si vero
hanc non subodoratus sit fallaciam, re postea palam factā, miser-
rum in ruborem coniunctū, & omnibus copijs communibusq;
suoribus deridendum propinare solent, quasi cū nominis convi-
cio, die Vōſſreter. Atq; hoc etiam est maliciosi hujus anima-
līs nomen, quod decipere & illudere neminem non cupiat. Di-
citur enim ab ἀλῶ & τάιζ. De hoc Rex animantium omni-
um Leo etiam querimoniam trudit & testatur. l. i. Specul. Aulis.
ſeu Reinke Fuchs. c. 26. quem librum Keck. minimē negligendum
censet. l. i. System. Logic. c. 23. Hinc eam etiam ἀιολοθελον, τι-
ρυθην, ἀργαλέην, αγανθητην. Oppianus vocat Cyneget. 2. ηηκάδα
Nicand. in Alexipharm. τωλύδηριν. Aristoph. περδαλέην κτ τωντί-
λην. Plato l. 2. de Rep. Astutam. Horat. l. 2. ſerm. fallacem. Claudio
2. Ruffin. Dolosam. Nemes. Cyneget. vers. 52. sagacem, Manuanus.
Sed quid hæc ad fideles pueritiae informatores? Certe nondum
nescio. Hoc autem scio, & video, quod callida vulpes
Heresis est, flaminas vicim quæ ſpargit in orbem. Prudent. Enchir.

Hoc scio, & video, quod velut olim Thraces ē pelle vul-
piā cassides gerebant Alex. ab Alex. l. 1. gen. dier. c. 20. & Scythæ
tergore vulpium incedebant, Alex. l. 5. c. 18. imo velut olim Medau-
rensis Philosophus mentem hominis sub asini specie circumferen-
bat, ita hodie quosdam vulpiones vafritiæ & astutiæ ſuæ diſsimu-
latione ſub humanā specie & virili pelle, vulpinam linguam, vul-
pinum animum, vulpinum genium & ingenium tegant, ut ipſos
ex vulpibus natos aut vulpes totos ēſſe arbitrateris. Antiqui
certè ſapienſiæ magiſtri vulpium nomine hominem ſignificare
voluerunt τωλύδηρον, dololum, & insidiatorem, qui aſtutam
ſervat ſub pectore vulpem, & occultis ſurtepliſſe gaudet fraudi-
bus. Ulyſſes vetuſiſſimus Vulpes dicitur. Ipiſe ſoſpitator
noſter Ieſus Herodēm vulpis titulo honestat. Lue. 13. Boeth. l. 4. de
conf. phil. c. 3. Claudio. 2. Ruffin. Sopbol. Aiac. flagellif. imo multo maxi-
ma pars hominum ἀλωπεκίζει. Et ubiq; animos reperias ſub
vulpe latentes. Quidni igitur pari merito dicas: Vulpes Eccleſia-
ſicas, contra quales Prophetæ multoties detonant: Vulpes Politi-
cas.

ess, contra quales philosophi latrant: Omnia deniq; artium
& officinarum vulpes, contra quas Experientia lamentatur? Soli de Scholâ homines hac ignominiosa ferè appellatione flagellentur? quo merito? Ægyptij qui per notas & figuræ sensus effinxerunt, si memorem aliquem significare vellent, leporem aut vulpem auritas pinxerunt. *Alex. ab Alex. l. 2. c. 19.* Nunquid ob id igitur Scholastici homines Vulpes dicuntur, tanquam meliorum sint aurium, aut alios auritos facere possint? an quod supra vulgum aliquid audiant & videant? an quod non ad promiscuæ multitudinis morem & mores vitæ rationem instituant, sed interdum vulgari nequitia offensi insolentem plebium inertiam callidis & doctis consilijs occursando retundere, & in ordinem cogere laborant? Certè hujus industriae causâ non minus indignè verberantur omnes eruditæ, de quibus plerisq; in ore est: Doctiores perversores, die Gelehrten die verkehrten. Vide vulgi ineptias! Ex unius errore aut delicto, universum abominari magisterium! Vulpium tergora esse ventis dicunt impenetrabilia. *Sen. l. 14. ep. 91.* Nunquid ob id igitur Scholastici homines vulpes dicuntur, quod ad istiusmodi falsa dictoria obduruerunt & occularuerunt? Sed hæc messes alibi invehenda erit. Vulpes nullibet libentius quam in montanis ac saltuosis habitant, non ignaræ, quod ibi facilius latere possint, difficiliusq; cavernis suis extra-hantur. *Aldrovand. d. l.* Nunquid ob id Scholastici homines vulpes dici debebant, & illi præsertim, qui usq; adeo in pulvere literario se obsepterunt, ut nec ad forum accedant, nec honores exambiant, sed in umbraculis suis delicientur & oblectent se? Hoc fortassis aliqui lineam tetigisse se putarint. Ego tamen non dixerim. Nam quod publicis magistris, qui liberales artes ingeniorū successione excolunt & exercent, hoc rectè tribui possit, nec ego video, nec tu fortasse tecum. Quos igitur vere & jure Scholasticas vulpes denominabo? Sine: dum isthuc veniam. Hactenus autem verè dices: Dum quidem isti pueritiae antesignani Scholastici dicantur, Vulpes tamen satis insulse nominantur. Refragatur officij dignitas & divinitas. Nolo ego tantorum virorum cum vulpium mores contendere: contra hoc aliud tempus.

pus, aliam chartam, aliam etiam artem adducturus. Nunc, unde hoc indictum relinquam, de Scholastico videamus. Et ab initio quidem Scholastici compellatio satis honesta fuerat, usque dum talium hominum tempus & curae in Eruditionis & culturæ exercitationem impendebantur: Ita apud Chrysostom. ταῦταις ιερέσιον τάχα τὸν βίον εἰς ταραχήν τε καὶ τῆς λαζαρίας χολάζουν. Et apud Aristot. l. 5. polit. c. 8. ταῦταις εὐοιαῖς τούτην τὴν θεωρίαν αὐτής ιερέσιον χολάζουν repetitur de Numā Pompil. ex Plutarcho. Talem etiam nos χολάζοντες ex aliorum instituto in carmine dedimus. Et quæso te quæ res sit honestior, quæ amabilior, si suo fine estimetur? Veruntamen hoc adeò præposterè alijs detorserunt, & tantum ad calumniam non usurpat. Dicitur autem hinc & Scholasticus, & Scholaris, præfertim apud Vallam contra Raudensem. Et inde vernacula ein Scholar: nostratisbus porro ein Scholer. Coeterum convenit huic rei alia vox, quæ solent isti ab alijs nominari, Calamij, Kalmicuser, μέντος καλαμόγραφοι, quasi in Scholarū pergulis & umbrarum antris nihil aliud agat nisi ut calamos rodant. Albert. Molnar. Not. ad Hierol. facet. Alij hanc plenam honoris esse dictionem afferunt, ab Hebræo Col & Mosar, quod sit homo omnis eruditionis & artium. Keckerm. l. 1. Syst. Log. c. 1. quam etiam libentius amplecti eō possis, quod propinquius ex vero fonte derivatur. Insulsissimi stratiotæ & lixæ perditæ solent adolescentes inter trivialium operas adhuc detentos nominare. Paccioen. Incauti, se magis illos honore afficere, quam obtrestandi. Nescientes n. affiteri coguntur ipsos præceptorum suorum imperatis audientes esse, per quorum etiam informationem alta doctrinæ culmina contingant & publicos istos honores olim assequantur. ὃντας enim quid est? Sed hæc etiam de ipsis. De Scholasticis institueram. Horum autem nomen tardiosum reddituum est tempore Iuris Canonici, cum id à Gratiano esset collectum. Orta enim erat duplex hominum secta, pro Papali contra Imperioriam majestate afferenda; alia Canonistarum; alia Scholasticorum. Hi statim inopportunâ suâ industria purioris doctrinæ scintillas futilibus Rationis commentis adsperserunt &

extin-

extinxerunt. Primus istorum gregis fuit Petrus Longobardus, famigeratus ille sententiarum magister; post quem in ejusdem libris omnes laborarunt Scholastici & Monachi Biblijs rejectis & neglectis. Thom. Aquin. & Scotus Ecclesiam quæstionibus ineptis, impijs, inextricabilibus referserunt, & Philosophiam corruperunt: ambitionissimas universi contentiones pepererunt inter Theologastros, Jureconsultos & Canonistas. Unde ortæ aliae sectæ Gibellinorum & Welphorum, hoc est, Imperatoriorum & Pontificiorum, quarum quælibet ad cædem & sanguinem usq; se propugnavit. Philipp. Mel. l. 4. Chron. sub Lothar. Saxon. pag. 851. In hanc seriem etiam compinguntur Veterum Lectores & Scholastici qui in Canonicatibus degerunt & opibus ad Monasteriorum, aut Juventutis in Collegijs talibus sustentationem collatis, pauplatim ad luxum & superbiam Roman. sunt abusi, cumq; Monachis superstitionem quæstuosiorum rati, literas una cum docendi labore pro derelicto posuerunt, ignaramq; Veritatis turbam Vulgum suâ lege ferri passi, ipsi interea strenuiter ad Divam Molliciem se contulerunt, tanquam ad sola vitia nati essent. Miserrabilis est istorum seculorum & scholasticorum historia, quæ Fribergæ accidit. Cum Scholaris aliquis pueræ amore ardens illâ potiri non posset, pecunia nigromanticum conduxit, ut sibi puellam adduceret, quam cupiebat. In cellam igitur ab isto ductus est, & sphæris atq; characteribus in pavimento circumscriptus, ut legeret coniurationes Diaboli. Qui post enormia & informisphantasmata pueræ facie apparuit. Adolescens cupiens illam amplecti amoris causâ furibundus, à Diabolo statim est corruptus, parietibusq; cellæ allitus, conquassatusq; in nigromanticum projectus: qui adeo ob id exanimatus loco se movere non potuite præ mole mortui adolescentis. Itaq; totâ nocte vociferatus, usq; ad solis ortum accurrerent cives clamoribus excitati & semimortuum extraherent. Dresser. Isagog hist. part. 5. pag. n. 258. Hæc erat ista vivendi scholasticorum regula, pro quâ certabant cum Lydis & Lerijs, nullibi religiosiores quam in Luxuriæ fanis, & Cænobiorū suorū claustris. Ridicula autē hoc loco est Monachi cujusdā commendatio à Phil. Melanch. indoctum enim, satisq; diu in peregrinis locis versatum, nec tamen ullius externæ linguae peritū Scholasticū
Abbatis

Abbati hunc in modum laudavit : Nusquam melius est
piscibus quam in aqua ; furibus in patibulo ; Monachis in
in Monasterio. Ergo commendo tibi hunc Monachum.
Satis honorifice ! Numerandi sunt etiam in hanc choream
isti Scholastici, qui quondam à solertissimis ICHTIS non me-
diocrem ignaviae & luxuriaz verberationem meruerunt.
Quid vetat, ne transcripta apponam ? Non dubitat enim,
Scholares luxuriosos esse, & natura sua affectare mulieres.
Bald. in l. desiderium C. depositi. Unde etiam si feminina alicujus
Scholaris domum frequentarit, meretricem eam presumi,
idem putavit. l. neg. natales C. unde legitimi. cum non sit verisimile,
quod legat ei Pater noster. Quo pertinet illud à glossa
usurpatum in l. si vero non remunerandi. §. Si tibi. ff. Mandati A ju-
vene & cupido credatur redditu Virgo ? Hanc tamen præ-
sumptionem ajunt valere in Clerico mulierem amplexante.
Id enim benedictionis causa fieri gloss. interpretatur in Canon.
Absit u... q. 3. Spectatum admissi, risum teneatis amici ? quod
hominum genus libidinosus, luxuriosus ? Canon ipse com-
plexum & confabulationem Clerici in deteriorem partem
interpretatur. Can. nec aliqua 27. q. 1. & in tantum inconti-
nentia vicio quosdam Clericos laborare fatetur. C. Clerico-
rum. Ext. de vit. & honestat. Cleric. ut vix à matre, amita aut so-
nore ita sibi temperate possiat, quin & in illis seculis esse
perpetratum reperiatur. C. 1. Ext. de cohabitat. cler. & mulier.
ut recte dixerit Angelus : Ab ista Clericorum benedictione
libera nos Domine. Alciat. in C. cum non ab nomine. Ext. de judicis
num. 25. circ. fin. Henr. Salm. ad l. 1. Pancir. de reb. perdit. pag. 415.
Inventi autem sunt & alij tunc scholares, in quos Raphael
Fulgosius invehitur, qui ad Scholas miserint libros cum fa-
mulis, ipsi autem in lecto jacuerint. in l. qui sub praetextu C. de
SS. Eccles. quos etiam Ioh. And. & Odofred. detestati sunt in c. 1.
de summa. Trin. & Guilhelm. Benedict. in c. Raynut. verbo Adjecta im-
pub. num. 39. de Testam. Atq; hos testius facturos, si parentes
inanibus impensis non vexarent, Hostiens. putavit in c. 1. de
officio. test. primicer. Venio ad ultimam Scholasticorum natio-
ne

(a)

aem in Oratorum & Rhetorum disciplinis, quos juventu-
tis cymbalum satis ignominiosè compellavit Appion Gram-
maticus, quod certo furiarum genere inquietati in Scholis
suis adolescentes stultissimos fecerint, nihilq; sapientio-
res quam ij bene olen, qui in culina habitant. Quorum
tirones cum à Scholasticis exercitijs & fictitijs declamatio-
num causis in forum producti essent, clamorem, silentium,
risum, cælum ipsum pati non potuerunt. Horum igitur
collegia, ut ludus impudentia. L. Crasso & Domitio censo-
ribus explosa & claudi jussa sunt Gell. l. 15. c. 11. Ipsi verâ ho-
mines habiti sunt abjectissimi & vilissimi mortalium.
Turneb. lib. 2. advers. c. 5. Et fastidita est eorum disciplinæ ra-
tio, cum diversa esset à forensibus causis, omninoq; pro-
nugaram lerna eliminata est. Fab. l. 2. c. 10. l. 5. c. 12. Senec.
l. 9. contrav. proœm. Anton. Imp. in vitâ suâ. Et hæc in nostris
hominibus vix aliter geri observarunt; Casel. in prodid. sc.
Melch. Goldast. in Not. ad Hierocl. Georg. Erhard. in Symbol. ad Petron.
Sed & hujus rei sermonem compendi-faciendum nunc qui-
dem est, Vereor enim ut dicas, quando tandem de tribus ca-
pellis? Postulas igitur ut tibi Scholasticæ vulpis picturam
præferam? Scholasticæ vulpes sunt, quotquot nomen stu-
diorum profitentur, cum tamen nihil miuns de se præsta-
re possint, propter desperatam studiorum suorum rationem.
sunt enim qui suum tempus inertia & luxuria transigunt.
alios interim qui ad veram Virtutem & Eruditionem de in-
dustriâ grassantur, ceu Vulpes Scholasticas persequuntur &
conviciantur. Sunt, qui pueriles annos & florem
ordientis ætatis vagabundis & erroneis discursationibus
inutiliter & insipienter prodegerunt. Sunt, qui juvenilem
industriam tetricissimo domesticæ sapientiæ pruritu & libi-
dine corruptum eant, publicas literatorum & eruditorum
cathedras aspernantes. Adeoq; hi omnes circa verum stu-
diorum finem jactantur, ut postmodum ipsos sui pudeat.
alios etiam ipsorum misereat. Et verè, aprodidanci
εὐγενικὰ σαονίσαι καὶ ἀποχροῦ: deinde νεανῖς αἰγάλε


εὐα-

evadunt. In alijs quidem & externis disciplinis; & præfeti-
tim] in Sartoriis reperiuntur homines lucifugi, omnium o-
dijs & persecutionibus exposti; à nostris vocantur Bô-
hasen, ab alijs Füscher, ab alijs iterum aliter: videlicet, quia
artis, quam tractare suscipiunt principia nunquam recte
nendum magisteria didicerunt: & tamen peritioribus bolos
quaestuosoè præripere conantur. Dolendum est, similes ve-
spertilio[n]es in scholasticorum populo reperiri: Et ut ma-
xime in trivialibus. Ibi enim frequentius hoc genus se pro-
dit, qui cum in secretis suis oblanguerunt, & in umbratibus
pergulis velut opaco sitū contraxerunt, ad nullum honorem
& fortunam ipsis adspirare licet; sed inter inertiar[um] mancipia
perpetuo abstrusū, ceu vulpes in cavernis latere coguntur.
Exteri cum artem erudiendi non cognoverint (discere enim
solide noluerunt) veteratoriè apud incautos parentes se in-
tridunt, prolixè profientes, se privatis rationibus per com-
pendia ad omnem artem filiolū esse ducturos: infantibus
etiam (& quidni quoq; catellis?) ipsum Musarum lac pro-
pere in mulgere velle, pueros autem fonte Caballino dere-
pente prolutatos, & adultiores in bicipitem Parnassum
non ducturos esse se sed raptaturos, ubi somnient, repenti-
niq; Doctores, Consiliarij, Cancellarij, Superintendentes,
Mundi Soles & Luces evadant. Stilicet hoc utrisq; a que
facile est, quam vulpes pyrum comedest. O stolidas homi-
num mentes, ò pectora vana! Cum omni suâ sapientiâ
quanti quanti sunt, nil nisi fungi, nil nisi phantastæ sunt,
imò magis Phantastici quam mulæ Paparum esse dicuntur.
Has pestes ex omni optimè constitutâ Republ. averruncari
scimus, & summè necessarium quidem est, ne isti soli sapien-
tes, inertes literarum cauponatores intercipiant & præti-
piant commoda frugi adolescentibus, & quibus est melior-
mens, ea quæ ab honestis & cordatis hospitibus percipere
hi possent. Fuci enim isti ad arbitrium duntraxat liberè va-
gantes proprias res agunt cum publicarum Scholarum de-
cremento, innocentisq; pueritiae proditione. Pueritiam
(a. 2)

verò

verò quisquis corruperit, in eadem est noxā quām qui vir-
ginem. Ecce pagellarum harum & præscriptionis causam!
Ecce Scholasticæ vulpis exiguum inumbrationem, quam
olim artifex absolutam dabit. Nunc neq; vos amici, stu-
pescendi occasionem, neq; tu Bascane illudendi nactus es,
ob id quod mihi in mentem venerit De Vulpe Scholastica
quicquid hoc est informare, posthac depingendum. No-
vum institutum non est; neq; estimationis aequum apud
vulgum, aut mei similes. Istam quidem viam non admo-
dum diu aliis ex Dijs majorum gentium ivisse dicitur, ego
non vidi. Istud verò si tumultuaria hac industria postulem,
merito à tua cessione (tantum ne bubulâ) vapulem Vos
autem Humanitatis antistites, vosq; delicate juventutis
reges, ne vestra ignominia hoc natum esse putetis. Quis scit
an non aliquis Musageta me in vestram olim choream si-
ducturus? Ergo ego abominer, quod quotidie exspecto?
Neq; vos meliores Apollinis vernæ, quos ille multifaria E-
ruditionis armis prudenter instruxit, inconciiliare mihi ve-
liri. In vestro enim orbe haec tenus alacriter ipse vivo. Ergo
ego propria vineta cæderem? Vos verò umbratrici maleq;
teriati Ignaviaz & Inertiaj socij commune bonum tur-
bare intempestiva vestra calliditate cayete.

Omnes valete & fayete.



DE

D.E
VULPE SCHOLA-
STICA.



Mnia qui secum, cum nil portaret, habebat
Sanguis Teutamide vulgi baud obnoxius
auræ,
Hunc dixisse ferunt: Qui te nondum bene
noscit,

Ad speculi facie bene contemplare, deinde
Si tibi formosus satis apparebis, ad istam
Post age que formam deceant. Deformis es autem?
Quod non in facie est, morum cultura repensem.
Audin, hoc suppar Pubes? tu sacra Minervæ
Concio, an hoc audin? Ergo mihi ritè favet,
Linguis ac animis, oculosq; intendite vestros,
Quos oculos? animi. Quorūsum in speculum istud. Ubi istud?
Ecce dabo. Quodam, cuius? Vigilis super arte juventa.

Effigiabo equidem speculum velut arte magistræ,
In quo se moresq; suos collustret, Honoris
In sacra & doctas qui jurat Apollinis artes,
Monstrabo, adq; unguem intendam, quid cogitet, unde
Orsa trahat studij, quas causas, quosq; laborum
Eventus sibi præstuit. Sed simplice filo,
Carmine molli, ac auspice Musâ, ac præstite Jovâ
Ostendam. Modo vos lubeat vidisse sodales.
Quid vetat? & volupe est, & frugie est, talia nosse.
Vos meū in speculo hoc modo contemplemini. At et quis
Sat sibi formosus, simul ut prospexerit, ipse

B

Esse

studiosus
considera-
tur duplici-
ter i. Ex
ANIM O
i. quia est
secun-
d. Aenq.
xos, Preca-
tur arden-
ter.

Esse putari, is hunc vultum morumq; suorum
Afferat ornatum, & praelaris augeat orsis.
Qui nondum sibi sat lotus spectabatur illuc,
Hic agat, hic quod agit PHILOMUSUS in arte sodalis.
Vos verò vobis PHILOMUSUM singite talem.
O socij tali nobis sermone loquentem:
Me verò primū manus almā ante omnia Jovē.
Cujus sacra paro sanctō perculsus amore,
Accipiat; cui vota lito & per sidera vibro.
Affectu sacro, qualem mibi spiritus cestro
Ignivit dio, cum thyrsō impellit ad imum.
Hunc animi thalamum miki, & intima viscera motat.
Huic procumbere ham prostratum & tendere dextram.
Non gravor ingressu rerum, hoc exordia sumo
Auspice, & hoc sine nil quicquam mens inchoat altum.
Sic ubi progrederi, factō quocunq; labore,
Huic semper palmas ad cælum utrasq; levasso
Concipioq; preces: DEus o supreme, laboris
Perge modos mecum, nec te mihi subtrahe. Sic &
Interdistingo, si quid perumpere cogor,
Non precis abs operā. Et sic tandem fine sub ipso,
Cum metam officio positam tempusq; diurno
Tango, non prius absisto, quin voce bearim
Gratidicā Dominum, cui sunt mea munia cura.
Nam quidni? Quodcung; bonum est, abs atq; solutum
Omnibus in numeris donum, illud devenit inde.
Tantum, ubi Luminum habet Pater. Hic nullisq; negavit
Quicquid sandem usu venit. Tantummodo sancte
Seria, & enixè fuerint poscenda precati.
Addo quod & clavis celi est, oratio justi,
Temporis atq; uno momento vota penitrant.
Aethera, & emigrat miseratio ab aethere Jovē.

Imp.

Impris est autem & ratione relictus ab omni,
Quisquis ab eventu virtutem emergere quodam
Fortuito putat, & mentem ulli fingere porrò
Doctrinis subigi clarâq; ex arte poliri
Non opus esse DEi credit; sed & ista minora
Rebus in humanis, nec in arte locanda bonorum
Æquali, cum virtute Excellentia & Artis,
Sola accepta DEi vult dono atq; una referri.
Scinditur hic valde studia in contraria mecum,
Et distant longo nostra hic certamina cursu.
Nam mihi nil prius est, & nil antiquius, & nil
Charius, istius quam conscia numina vita
Et morum & rerum per candida vota precari
Et ne defiat tam magni occasio facti,
Lator ubi lux illa redit qua ducere soldam
In delubra juvat mentem, atq; affigere templis
Signa pedum; hic linguis faveo, & mea nectere votis
Vota libens publicis nunquam subterfugio. Aut si
Fiat forte, mihi mea vita videtur acerba.
Sed tamen id quod neglectum est, sarcire labore
Affiduu, precibusq; meis in congrege sancto
Vimq; dolumq; DEo timido molimine tendo.
Invadens confidenter, validisq; ligatum
Intrepidè stringo vincis, Clementia sed que
Fabricat, ipsiusq; animum atq; immobile Verum.

Dinde, Themistoclem velut alta trophea Neoclis
Progeniem evexere, Datis que victor & ulti
Arsacis egregius claram ad Marathonam locavit;
Sic me, cum video studia & certamen alias
Artè super comitis, Doctrina exempla lacefunt
Incusso penitus ardore in mentibuss illic
Firma rudimenta, & solidos haud segniter orsus

B 2

Collo-

2. Εὐηλη-
σταγιδος.
In Ecclesiâ
frequenter.

3. Ζυλα-
κος.
Æmulatur
diligenter.

Colloco, & educo, nec penitet arte parasse
Nomen ab ingenuâ, & laudem cum fruge referre.
Tunc exercitijs acuo mea pectora, & usus,
Totus ad ardeo in hoc, & totus versor in illis.
Literulas ego semper amo, hæc in mente revincentur.
Hærent usq; mea: de his, si quid cogito, solum.
Cogito: cumq; quies noctu surrepit ocellis,
Et lassas operis ex luce recolligo vires,
Mane recurrenti ut præstem mage rebus agendis,
Interea ante oculos versantur imagine multâ.
Literula, & sensu cognosco semi receptio
Dogmata que studio volvi curâg; diurnâ.

Si sine fruge dies quedam transiverit, beu quâme
Pænitet, in totam ne ductam luce operarum
Lineolam, & factum non cognitionis acervum
Doctrinæ meæ & fructum irrevocabilis hora.
Sic didici, quod Musicam amor quandoq; docere,
Posit & haud fiat, quin hos discentis amores
Fruge beat, quandam spectata scientia, alaci.

Nunc alij indigno dent languida corpora somno,
Pulvinar Satana premat hic, amet & cia Daphnis,
Et plenos Cereri calathos laticesq; Lyeo
Libet. En! huic omnis dependet vinea vultu,
Confusi turgent oculi, ministria fiunt.
Tempora, & in pingui pulmones ventre tumescunt.
En, neg, pes, neg, mens facit officium amplius illi!
En? que post caret a latente? Apaturia virgo
Mulcet ibi Venus ambiguum male suada juvencum.
Proh! quid olent alij? Quid enim, nisi forte quod alter
Peronatus harz stibularius, atq; luteus sus
Dedita. Porro offas olet alter quatri duanas,
Imputrescentes veteri de jureq; carnes,

Hei!!

4. Mag.
malund.
studet pru-
denter.

Hei! quibus hac animis bona delicia esse potessint!

Sanè ego si fas est, que novi vera, fatebor.
Cuncta mihi sordent, prate Sapientia, & à me
Nullum numen abest, si sis Sapientia; nam te
Numen habere puto tantum catalogus lacesso.
Te mihi nil prater volupe est, si vivere tecum
Fas & iura sinant, studiū mihi tempore nullo
Fronte capillata irrevocanda occasio certe
Decollabit; at arripiam manibusq; duabus,
Dum vires annig; mibi patientur, babebo.

Interea nec ego temerarius erro quibusvis.
Accumbo rebus, nec que promiscua turbent.
Mentem sape mibi, sed que sunt digna notatu
Atq; secutur. nequicquam incongrua vita:

Hanc vigil aconomus me consuefecit ad artem,
Iste inemit, non quod sibi opus sed sape necesse est.
Illud ubi studijs de nostris dixero, sanè
Dixero, quod Verum, si posset, dicere vellet.
Prasertim cum sit longa Ars, sed vita breviculis
Inclusa spacijs, que tum plerumq; labascit,
Et fermè nulla est, & fumi spargitur instar,
Solvitur & bulla in morem, sentiscere primùm
Cum quid sit sapere & virtutis amare vigores
Cepimus, & fructum vita captare putamus.

Quis dubitet? Juvenes hac Circumspectio felix
Raro secesserunt vulgari face virorum,
Et facit in magnis interdum despere ausis.

In nunc, barbatos mibi perscrutare magistros,
Quoies cadit in pectus mentum promissus. In nunc
Indaga, quid fiat eis in simplice vitâ,
In quâ ad canitiem, senum & istud vivere triste.
Affexere. Puto, cernes, perdenda fateri,

B. 3

Quæ

S. PHIL-
OLOM-
EUS.
HOMI-
NIS.
ARATHE-
STATUM.

Quæ didicere viri, quondam in juvenilibus annis.
Atq; queri: Sic cognitum id est, cui non foret usus.
At quid ego facio? Quod pulcher miles in armis,
Hoc ago, & ad vitam quicquid collimat honestam.
Huc mihi nomen habere puto, laudabile nomen.
Huc mihi conduco mediocri merce libellos.
Huc famulum, si quem teneo, moderabor, ut utar.

Nec pudicum est unquam consueti nominis, illo,
Gaudeo, & argutos floccifacio undig, ronchos,
Tonsorum & salsa luxurum de grege nugas:
Nec dolor est: Digitis monstrari, & dicier hic est.

Scopita ait: En animans! En quodlibet! Heus mihi ver
Rosor acerbe & risor iniquè! Hec gloria summa est
Quæ tibi tam grande in nos dedecus esse videtur.
Nescis, ô nescis miser, hac quam nomina nobis
Gratemur cupidi, vel crebrius ista vocari.

Non secus Hispanis quam Rex Augustus in oris,
India in acclivi & declivi summus haberi
Vult Dominus (fac posse.) & cunctorum unus habens
Dirigere. Ecquid enim queat esse probatus, istis
Quam nos putidulis vulgi secernere circlis,
Servilesque operas hominum concedere faci?

Sed quid agemus enim, quos illi pigra Vacune
Membra putant? Sanè traducimus ocia. Sed que?
OPHILOMOME, DEUS nobis hac ocia fecit.
Namq; ille est nobis semper DEUS, illius omnes
Cura sumus, quoctung; sumus sub praeside Phebo.

Porrò audi pubes, quid porro hic fiat. Adactos
Splendidiorē typo, atq; notā meliore probatos
Merce mēa libros ceemo, non quoslibet, at nec
Qui plures numero, aut maiores mole videntur.
Huc video, ut teneam lectissima facta virorum

S. MICO-
ROPAGINOS
VERAT EMA-
CITATEM.

Qui

*Qui sapere, atq; unguis sunt visi arrodere vivos,
Dura dignos studio pluteos excernere possent,
Ingeniū fabricā, ignaramq; juvare juventam.*

*Hos mihi conduco mutos super arte magistros,
Certus, & nos crebro volvo crebroq; revolvo,
Nocturnis lustroq; oculis, lustroq; diurnis.
Nec semper temerē quos lauta pueria versat
Verso sub arte libros. Sed enim crebro pede pulso
Bibliopeorum, sat onus merce, tabernas,
Et veterum monumenta virum, documenta recentum
Disquiro, video, atq; iterum video, inde emo. Sed quid?
Socratis hoc dociles effatum vellicat aures.
Iste inquit: Nimis officiunt. Hem! quid Sophe dicis?
Sanè aliquot fecit librorum copia segnes
Usq; adeo, primis ut sicuti lambere labris
Concessum fuerit, fundocenus omne bibisse
Lac sibi Pegasidum cum omni virtute putarint,
Et jam doctificam jugulasse mercius undam.*

*Forte. Sed à multis tamen illa petenda fuisset
Artificum venia, ò bone Docēr, vel! Sed ego quid,
Si quid adhuc sentis te mentitum esse magistris,
Hoc aeo docto satis ipse fatebore nostris.*

*Nam quis non? Sat proficiunt. quis non? Eme Lecter,
Perlege. Censuram de scripto fer bonus aquam.
Imò quem penitus titillat Suadula fibris,
Non avide quidvis inemitt. Censoria magni
Vox juvat, atq; emere hic libros docet, illa Catonis:
Prædia non cupidè quisquam velit ardua, multos
Emptores piguit longé hujus, quod semel cmtum
Esset, sed sine fruge. Libros, sic quilibet urgens
Merces sua, longum quoq; Panituisse coemit.*

Ergo quid juvet immodico & sine nomine sumtu

Con-

Conveclare libros, legisse ubi pauca saluti est,
Si crebro ista legas, relegasq; Ita enim arte receptum est
Ult non multa juvent, sed multum lecta. Tametsi
Dulce quidem varijs mel libet apicula campis.
Longe aliter sed enim est, multas volitare per artes,
Et plures oculo eeu pratereunte tueri

Librorum cumulos. Namq; hic plarumq; videndum est,
Instabile ingenium & vaga mens non dedita frugi;
Sed stabile & certum ingenium, juvat usq; morari,
Et semel electo simul innutririer uni,
Si trahere id volupe est, quod menti incumbat & arti.

Nam, quid ait sapiens? Nusquam est sibi, quisquis ubiq; est
Et plerumq; malum est magnum magnus liber, & plus
Nauseat ipse legens, quam gaudeat inde volupta.

Qui tamen in libros curas impendit honestas,
Quid faciat? Sat habet, si non nimis obvia condat,
Sed quecunq; videt doctissima facta virorum.

Tum libri non sint confersi pulvere, nec sint
Hic illig; vagi, sed mundi, omniq; nitelâ
Conspicui, & recto semper stent ordine Fratres.
Usq; adeo, ut medijs excernere quemq; tenebris
Si sit opus possis, nec primula nomina saltim
Noveris, at totum rubrâ lollagine tintum
Feceris & menti lectum suppresseris imæ.

Nunc quoniam in studijs Labor est, & sape periculum
Objectat se se doctis tyronibus, ultra
Hunc illudq; adeunt, sed nec Levitatis adacti
Calcari, nec ubi inflexit temerarius Error,
Ast ubi opus fuat, hic juvat ordo. Qui q; labores
His sint versandi, quid deglutire molesti,
Quantum discrimen sufferre habeant opus, illud
Quod dubium non est innotuit usq; domatim

Omni-

7. Quid-
toroc.
Adsuescit
laborosi-
tatem.

Omnibus in circulis. Hoc si non: Quid vetat, una
Efferrum cum voce mihi quid nos gravet omnes
Musarum famulos? Quid enim est? Labor improbus. Ergo
Omnia jam dicam, cum solum dico Laborem.
Soli uenit ei clarata Scientia rerum.

Ocio abite, & abesto tu Inertia, Languor, & ater
Somnus abesto, tue hac nibil in requiete quietes
Proficient. Labor est, cui vendunt munera Divi,
Et Labor est, qui quando molam fugere allubet ulli,
Inquit ita; Ecce molam fugis, & fugis ecce farinam.
Et Labor est: primas cui Lucifer vendicat Anus,
Cum causas numerat studij felicis; ea sunt
Immensus Labor, & Tempus, sumtusq; benigni,
Et fautrix Dea Prænedit. Ne totus in illis
Auxilium propter Jovem versatur. At idem
Haud tamen abneget; infinita Molesta scum
Si confluetur, passimq; occumbere cogat,
Si patriam fugere, & profunder more Monotam
Lauto, si ex filio convivere, æniq; diras
Expertus tragicas, alicunde excurrat in avum
Quidvis? Nec dolest, silixa injurius instet
Interdum & colaphis beet, & quasi re bene gesta
Cogat eum grates agere & culpam inde fateri.

Quid tum? Propterea valedicere velle labori
Ingenuo haud pudeat? Sane. Quin ergo feremus
Ista ferenda, sed ordine. Quo? quo miles in armis
Et bellis. Videamus quid primo bene motu
Quidq; secundo, quidq; ultra in studio hocce paremus,
Et quid pre manibus cura sollerte geramus.

Attica dixit Apis: Nihil ordine pulchrius. & nil
Frugiferum magis est. Ordo est via cognitionis,
Instructor Mentis, memorem hanc facit Ordo. Sed o si

8. Medo-
dinos.
Scit ordi-
nem tenere.

C

Hunc

Hunc commendatum sibi haberet cerea pubes!
Illa nimis multa in studijs perrumpit, in artes;
Irruit è medio, cum nec PHILo scita SOPHIA
Attigerit labris jamdum primeribus; atq.
Provocat ad summum doctrinae atq; artis acumen.
Quo fructu; testis sedet Experientia, que vel
Scultorum interdum est regina magistrorum prudens.

g. αλεξ.
κακός.
Periculum
cavore.

Post siors nostrum non transeat agra sodalem,
Sarcinag; interdum bene magna ferenda pericli.
Obvier, ut solutum est, & tanquam lege receptum.
Huic hominum generi, cui splendida gratia Musa est;
Tum, quā cautelā datur, ignea tela minacis.
Tempesta exceptat, retrojacit, aut superando.
Quidvis eveniat, vulnus Tolerantia curat.

Nec se se impulsè prospectum objectat in ignem.
Aut pūatoī, sanè aerno velut hoste tenemur,
Non opus est ut quis sibi crus exasciet, & rem.

Et tamen hoc faciunt sua quies incuria damno.
Est nimis, ut vivis oculis sentire possint
Quām desint sibimet: Sed enim sibi vivere, & almis.
Tranquilla vita studio impallescere chartis.
Hoc opus, hic labor est, hac religio. Attamen ecquem.
Velle vacare novem juvit super arte Deabus
Citra intercisas operas & quis munus honestum.
Marmoreum quoq; Posteritas tibi mittere censem.

10. τοῦτο
κόσ.
Secessum
intendit.

Sic animatus Musarum cordatus amator
Hoc agat, & vulgo se secernat, & istis.
Curet habere locis, quo non pertingat atrocium.
Stridula turba virūm: & rabula crepitacula latrantis.
Diffona, mugitus, halatus, atq; tumultus,
Exulet hinc omnis stridorg; fragorg; curulis.
Et quicquid streperum & creperum est. Nam talibus uni

Mens.

Mens devota D^ro (Phæbo puta) frangitur, atq;
Quintā parte modò his curis attendit, honestia.

Sic libuit studij quog_z percensere labores,
Quos vigil insomnis q_z meis elucubro Musis,
Nunc ultra quid agam, juvenes attendite. Dum sic
Fio laboris amans, nunquam gravor auribus equis
Auscultasse bonis doct_a super arte magistris.

His faciles, dociles, attentas præbeo opellas
Cum q_z voluptatis sensu; magnog_z valore
Temporis impensi, & studij cum fruge parati.

Vocis enim viva, quam mutæ litteræ abunde
Vis major virtusq_z manet, cum pleriq_z rebus
Verba ipsis propiora suant proprietas multis,
Unde etiam magis harum significantia nota est
Quam de pigmentis mutarum litterularum.
Ut nil jam dicam, si quis pronunciet, & nil,
